



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

96. An Regulares possint confiteri (seclusa prohibitione suorum  
Prælatorum, vel del eorum licentia,) cum sacerdotibus sæcularibus no[n]  
approbatis ab Ordinario, dum tamen sint idonei? Et quid de ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

# De Dubiis Regularium. Ref. XCV. &c. 71

§. Et gruum in Compend. Privil. vers. Absolutio quoad Fra-  
mum in fin. 4. ires. §. 2. in scholio, quod quando Regulares ex li-  
cenciam, vel privilegio confitentur extra ordinem, non  
tententur eligere Confessarium ab Ordinario approba-  
re. sed hoc legi primum, sed sufficit eligere idoneum, hoc est non suspen-  
sio punitio, vel excommunicatum, &c. Ita Ioan. de la Cruz  
in p. §. de fato Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 1. 1. concl. 1. in fin.

## RESOL. XCV.

An Generales & Prelati Regularium possint licentiam  
prabere sui subditis, ut Confessario extra Religionem  
confiteantur? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 2.

¶. 1. P. Offe, & hoc de jure communi omnibus  
patet; sed Peregrinus difficultatem ponit  
quoad Superioris nostrae Religionis stante decreto  
posito in superiori resolut. & novissime in addit. q. 3.  
negatuum sententiam docet.

2. Sed ego affirmavimus sententiam docui in 3.  
part. tract. 2. resol. 2. quia vt supra vistum est, Prelati  
non includuntur in supradicto Decreto, & in illo  
renunciantur privilegia, vnde cum renunciatio sit  
stricti juris, & ideo strictissime interpretanda, quem  
admodum contra Peregrinum, prater Doctores ci-  
tatis, docet alter Peregrinus tractat. de fidicommissi.  
art. 52. num. 25. & Parisius de signat. benefic. lib. 1.  
qnef. 18. num. 15. & seq. lib. 8. quaf. 1. n. 8. & seq.  
sequitur sub nomine priuilegi, non debere intelligi  
licentias, de quibus loquimur.

3. Nec obstat dicere cum Peregrino, quod ab-  
surdum esset, voluisse Capitulum Generale prohibe-  
re suis subditis, vt non confiteantur sua peccata ex-  
teris Sacerdotibus de licentia Summi Pontificis, &  
de licentia sui Prelati possint confiteri, & quod renun-  
ciassent privilegiis Summorum Pontificum, &  
non priuilegiis suorum Prelatorum, non, inquam,  
obstat hoc dicere, quia Prelati in praebendis dictis  
licentias considerant omnes circumstantias, & ma-  
ture perpendunt, si ob bonum subditi & Religionis  
licet illis præbere; quod non accidit si subditi frue-  
rentur priuilegio Summi Pontificis, v.g. Bullæ Cru-  
ciæ: nam omnes indépendenter a Prelatis toties  
quoties possent illam sumere, & absoluvi extra Re-  
ligionem à reservatis in detrimentum Regularis Ob-  
servantie; quod aperte non evenire in casu nostro  
dicendum est; nam subditi tunc poterunt confiteri  
extra Religionem, quando licentiam obtinebunt ab  
eorum Prelatis, qua quidem obtenta non possunt  
absolutionem obtinere à reservatis, si non explicitè  
Superior hoc declarat, vt satis probavit in addit. ad  
3. part. resol. 4. ergo est dispar ratio inter vtrumque  
calum, & per conseqvens cessat absurditas, quam  
bene non adducit Peregrinus: nam, vt dictum est,  
inconvenient in detrimentum Religionis, quæ poten-  
ter sequi ex libero vnu priuilegiorum Summorum  
Pontificum, non possunt sequi ex impetracione licen-  
tiarum à Prelatis obtentiarum, per rationes paulò  
superius adducetas. Ergo, &c.

4. Vnde ex supradictis patet etiam responsio ad  
aliud argumentum Peregrini, nempe hoc decretum  
esse statutum à Capitulo generali; sed inferior non  
potest dispensare in lege lui Superioris. Ergo Prelati  
nostræ Religionis non possunt tales licentias tribue-  
re: nam respondeo Patres in dicto decreto, vt patet,  
renunciare facultati confitendi extra Religionem  
virtute priuilegiorum, sub quorum nomine, vt suprà  
probatum est, non debent intelligi licentiae obtenta  
à Superioribus: ergo quando Prelati tribuunt dictas

licentias, non dispensant, vt vult Peregrinus, in lege  
suorum Superiorum, sed vt vntur jure suo, quod Ca-  
pitulum generale in dicto decreto noluit illis auferre.  
Ad alias vero rationes, quas adducit Peregrinus fun-  
datas in illis particulis, nemo & quorundamque Privi-  
legiorum, quas vniuersales esse assert, respondeo vt in  
superiori resolutione, vniuersales quidem esse, sed  
circa ea quæ inclusa sunt in dicto decreto. Verum in  
dicto decreto non includuntur Prelati, neque sub  
nomine priuilegiorum eorum licentiae, vt vistum, &  
probatum est: ergo dictas particulas aduerius nostram  
sententiam nihil operari dicendum est.

## RESOL. XCVI.

An Regulares possint confiteri, (seclusa prohibitione  
suorum Prelatorum, vel de eorum licentia,) cum  
Sacerdotibus secularibus non approbatis ab Ordina-  
rio, dum tamen sint idonei?

Et quid de Equitibus Dini Iacobi, Alcantara, Cala-  
trava? &c.

Et an quando Regulares confitentur Sacerdoti seculari  
vigore alienus Jubilai, an tunc talis Sacerdos de-  
bet esse ab Ordinario approbatus?

Et an Regulares, qui confitentur vigore Jubilai, seu  
Bulla Crucifera possint eligere Confessorem Regula-  
rem approbatum solum per eius Superiorum, quoniam  
non obtineat approbationem per Episcopum?

Et advertitur quod Regulares iter facientes de licentia  
sui Superioris secum portant virtualem licentiam  
eligiendi Confessorum Sacerdotem Secularem, vel  
Regularem non approbatum ab Ordinario, &c.

Sed docetur, Regulares in istore, etiam si habeant ex-  
preßam licentiam confitendi cum quocunque Sacerdos-  
te sub tali licentia non possunt obtinere absolutionem  
à reservatis. Ex p. 3. tr. addit. Ref. 4.

¶. 1. In part. 1. mearum resolut. moralium, tract. 2. Quæ hic est  
de immunit. Eccles. resolut. 49. adduxi opinio-  
nem amicissimi Ioan. Sancij, heu quandam nostri, in to. 9. tr. 2.  
viri quidem docti, in select. disput. 49. num. 1. vbi & in R. 100;  
doct Equites D. Iacobi Alcantara, Calatrava, &c. & in aliis  
qua sunt verè Religiosi, posse confiteri cum Sacer-  
dote seculari non approbato ab Ordinario. Sed no-  
vissime Joannes Maria Novarius Iurisconsultus in tr.  
de elect. fori, cap. 69. num. 22. me citato, judicat in  
meo Codice illa verba, cum Sacerdote seculari, fu-  
isse posita ex impressorum incuria, quia alias falsa,  
& contra Concilij Tridentini mentem esset mea  
opinio.

2. Verum supradicta verba non fuerunt impres-  
sa ex incuria Typographi, neque mea opinio est con-  
tra Concilium Tridentinum, quia suppedita opinio-  
ne Sancij, quæ an sit probabilis, vt ego dixi part. 3. Quæ hic est  
tract. 2. resol. 30. remittit me iudicio aliorum, Reli-  
giosi non tenentur confiteri Sacerdoti approbato ab  
Ordinario, si forte ex licentia Prelatorum confitean-  
tur Sacerdoti seculari, quod contra communem in annot. 12  
Theologorum, & Catuistarum opinionem, tenet post seq.  
Novarius vbi suprà.

3. Imò si sine licentia confitentur Confessio-  
nem seculari, illa confessio esset nulla: non quia Con-  
fessarius carebat approbatione Ordinarij, sed quia  
ipsi carebant licentia confitendi. Dicendum igitur  
contra Novarium, Regulares, quando ritè confiten-  
tur cum Sacerdotibus secularibus, posse illos elige-  
re, qui etiam carent Episcopi approbatione. Nec ad-  
versus hanc sententiam facit Concilium Tridentini  
seß. 3. cap. 1. 5. vt assertit Novarius; imò ex dicto  
kosc

## Iraetatus Primus,

72

loci Concilij probatur , nam Concilium , vt legenti parer , solum decernit nullum Sacerdotem , nec etiam Regularem posse excipere confessiones saecularium absque approbatione per Episcopum obtenta ; ergo tantum inducit obligationem , quod Sacerdos saecularis , absque approbatione Episcopi , non audiatur saecularium confessiones ; bene igitur poterit sine approbatione ejusdem Regularium audire confessiones .

4. Et ita hanc sententiam praeferat Sa , Ragueum , Vegam , Ledesman , Graffum , Henriquez , Suarez , Quae hoc est Campanili , & Navarrum , quos ego ipse citavi in inf. R. 99 in p. 3. tract. 2. de dubiis Regular. resol. 30. tenet etiam eus § 1. & Petrus Ochagavia de Sacram. tract. de confess. Sacram. in Ref. 92. §. Quoad. & in quæst. 38. num. 4. Egidius Trullench in expost. Bul. R. 94. §. vlt. la Cruciate , lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 1. num. 5. Phil. & in eo 1. tr. Iippus de la Cruz in thes. Eccles. tract. 1. cap. 20. 3 R. 31. §. In num. 2. Hieronymus Rodriguez in compend. 99. Regu- riar. resolut. 31. num. 21. Fagundez præc. 2. lib. 7. in to. 3. tr. 1. R. 39. §. Et tr. 7. cap. 2. n. 3. Vasquez in 3. part. tom. 4. quæst. 9. 3. tandem , & artic. 3. dub. 3. num. 5. Villalobos in summa , tom. 1. hic infra in tract. 9. diff. 5. 1. num. 1. Ioseph de Ortu in specul. Paroch. cap. 10. num. 8. Sylvius in addit. ad 3. part. D. Thom. quæst. 8. art. 5. queritur 4. Reginald. tom. 1. lib. 1. cap. 5. num. 4. 1. & lib. 8. cap. 3. secl. 4. num. 36. & Ludovicus de San Juan in summa. tom. 1. quæst. 9. art. 1. de Sacrament. Pœnit. dub. 1. diff. 4. in appendice , vbi sic afficit. [ Parte oyen las confessiones de los Religiosos , es suficiente la aprobacion , y comision de sus Prelados , y con ella las pueden oyr , qualquier simples Sacerdotes . Porque aunque el Concilio sef. 2. 5. cap. 1. 5. determina que ninguno aunque sea Regular , pueda oyr las confessiones de los seglares , aunque los dichos seglares sean Sacerdotes , si no fueran aprobados por los Obisplos , este Decreto solamente tiene lugar en las confessiones que hacen los seglares , porque para los Religiosos es suficiente la aprobacion y licencia de sus Prelados , como lo era antes del Concilio , que no revoco el vlo y derechos antiguos de los Regulares . ] Sic ille . Vnde clarè patet opinionem nostram non esse , vt asserebat Novarius , contra mentem Concilij , sed esse potius fundatum in ipsomet Concilio , & communiter ab omnibus Doctoribus receptam . Et licet a Sancio vbi supradicte , pro contraria sententia in favorem Novarii citetur Coriolanus de casibus reservatis ,

Sup. hoc pro part. 1. secl. 3. art. 16. num. 2. fallitur tamen : nam Iubileio , in ibi loquitur , vt aperte patet , quando Regulares con- R. nor. seq. stentur Sacerdoti saeculari vigore aliquius Iubilai : & tunc multi assertunt , non solum Coriolanus , quod talis Sacerdos debet esse ab Ordinario approbatus : nam Summus Pontifex illud priuilegium concedit Regularibus cum illa condicione . Secus autem est in nostro casu ; de quo contendimus cum Novario : nam nos loquimur in terminis Concil. Trident. & in aliis confessionibus extra Iubileum factis à Regularibus cum Confessariis saecularibus ex licentia suorum Superiorum , in quibus non opus est Ordinariorum approbatione .

Sup. hoc inf. 5. Imò ego probabiliter puto Regulares , qui con- in R. 98. §. fitentur vigore Iubilai seu Bolla Cruciate , posse eli- Sed hic , & gere Confessarii Regulari , approbatum solum seq. & in to 4. tr. 4. R. 7. per ejus Superiorum , quamvis non obtineat approba- tionem per Episcopum . Nec licet in Iubilais , & in Bolla , Cruciate , exprimatur , vt entem illis debere eli- gere Confessarium approbatum ab Ordinario , intel- ligi oportet juxta formam traditam in Trident. sef- fision. 2. 5. cap. 1. 5. expofcente ab Ordinario approbationem videlicet ab Episcopo quando confessiones ex- cipiendi sunt saecularium , quando vero Regularium relinquuntur dispositioni juris communis , dicensis

Ordinarium Regularium esse Religiosi Ordinis Sa- periorem . Ita Sancius loco citato num. 6. qui citat Rodriguez , Ledesman , Bonacinam , Moutre , Vale- rium , & alios .

6. Vnde ex his omnibus sequitur , & sapienter acci- dit & practicatur , quod si aliqui Regulari concedatur licentia tacite vel expresse , vt in iuncte confre- tur cum Sacerdotibus extra Ordinem , tunc eligere potest Sacerdotem saeculariem non approbatum ab Episcopo , dum tamen sit alias idoneus . Et ita docet Zerola in praxi de penitent. cap. 1. 5. quæst. 1. §. Dis- quarto. Henriquez lib. 6. cap. 3. 1. n. 1. Suarez tom. 4. dispu. 1. 8. secl. 4. num. 5. Emmanuel Sa ver. Confef- far. num. 6. Ochagavia de Sacram. tract. 2. quæst. 3. 3. num. 4. Vasquez in 3. part. tom. 4. quæst. 9. 3. num. 5. dub. 3. num. 5. & alii . Quibus etiam addo Ludovicum de San Juan in summa , quæst. 9. artic. 1. dub. 1. difficult. 5. conclus. 2. vbi sic ait . [ El Padre Llamas dice , que el Religioso que va à camino con licencia de sus Superiores , la lleva virtual para elegir qualquier Sacerdote de todo el mundo secular , ó regular , aunque no sea aprobado , como no debe demulgarlo , suspenderlo , ó por otra vía impedido . Lo primero se prueba , porque así lo enciña Catecismo , trayendo una declaracion de Eugenio IV. acerca dello punto . Lo segundo , porque esto a sido costumbre antigua de los Prelados , que lo han tenido por bien , y el Concilio Tridentino no ha innovado algo acerca de los Regulares . ] Ita ille licet aduersus Llamas dubitet de tal licencia generali Praetoriorum , quando potest haber Confessarius Ordinis . Sed hoc non facit pro causu nostro . Ex quibus remanet satis firma nostra sententia aduersus Novarium , virum aliquo doctum & mihi charissimum .

7. Notandum est tamen hic obliter , id quod alibi docui , & nunc iterum doceo , in quo multi Regu- lares pessime falluntur , & seipso decipiunt , nempe in itinere etiam si habeant exprefse licentiam con- tendi cum quocumque Sacerdote , sub tali licentia non includitur facultas , vt possint obtinere abolu- tionem a reservatis , maximè a Confessariis saeculari- bus . Ita Doctores communiter , vnde supradictus Ludovicus de San Juan loco citato dub. 3. sic ait . [ Si el Prelado da licencia al Religioso para elegir Con- fessor fuera de la Orden , no podra en virtud de la dicha licencia ser absuelto de reservados , porque co- mo se dice en derecho , en la concession general no se contienen aquellas cosas que no se concederian si especialmente fe pidiesen . ] Sic ille . Vnde si Regu- lares in itinere , quod Deus avertat , incidunt in calum- reservatum , & necesse si Missam dicere ; possum illam ratione scandali celebrare fine prævia confes- sione eliciendo actum contritionis ; vel ut alibi dixi- mus , confiteantur cum attritione etiam peccata re- vata , si velint , qua indirectè tunc à Confessario ab- solvuntur , & postea iterum Confessario habent fieri illa jurisdictionem , manifestent , vt de illis di- rectam absolutionem obtineant . Vide me ipsum in teria parte , tractatu 4. \* resolut. 104. & tract. 5. resolut. 68.

## RESOL. XCVII.

An Regulares quando confitentur extra Ordinem cum licentia Superiorum teneantur eligere Confessarii ab Ordinario approbatum ?

Et an Propositi nostra Religionis possint confisi- simili Sacerdoti nostra Religionis , qui non sit admissus ad confessiones audiendas à nostro Pare-

Generali ?